

DE CALCULIS

se, nisi transuersus per rectum intestinum desidendo tantos cruciatus perierisset, ut hærens difficulter extrahi potuisset. Fractus per medium pallido est colore, & mollior tactu quam foris plenus circulorum, è quibus videre est, ut indies ex adhærescēte materia concreuerit. Sed & foramen triquetrum hoc modo dissectus ostendit, non penetrans, sed fissuræ specimen habens. Sed vt formam mirabilem huius lapidis corā melius aspicere queas, amicorum omnium intime Gesnere, quam ex data pictura, ideo fusum ex gypso & coloribus suis tinctum repræsento, siquidem veri lapidis mittendi potestas mihi fuit denegata. Porrò hoc liberatus pondere pius & emeritus senex, nullis hucusque colicis terminibus cruciatus fuit.

Similiter quoque (vt à viro docto & perito medico D. doctore Ioháne ne Brambachio Dresdési, affini meo,

co-